

Viro Clarissimo atque Eruditiss.

Paulo Danieli Longolio

S. p. D.

M. Arzenius.

Tandem, Vir Cl., exemplar panegyricorum Veterum, quod olim humanissime Fratri meo utendum tractandumque commiseras, ad possidorem suum redire jubet. Frustra dudum commodam ad Te illud remittendi occasionem quaesivit; longioris itaque morae a Te, Vir Optime, quam studioissime veniam flagitat. Forsan ad aures tuas dudum pervenerit, Fratrem meum dilectissimum, cum vix Plinii panegyricum in publicum edidisset, apoplexia correptum, ab eo tempore, nescio quo, animi languore laborasse, neque adhuc dum ad alacritatem pristinam redisse. Utinam Numen Clementissimum malum illud releverit non tantum, Sed

19v
Sed omnino avertat! Interim quod te Sura mea
interest, ex Erud. Saxio, professo. Trajectino
in Batavis, comperi, penes te esse lectiones
MSS. variantes, quas olim Cl. ac Meritissimus Cor-
tius ad Egasippum adscripserat, aliaque multa,
quae Angiae huic stabulo repurgando quam maxi-
me inservire possent. Haec itaq, et quae for-
san plura mihi suppeditare possent, vehementissi-
me desidero, utpote qui dudum ex Cl. Cortii, Tuisq,
Scriptis doctissimis intellexi, quantos fructus egre-
gii labores vestri Rep. literariae attulerunt.
Utinam justis his precibus facile adinas, usibusq,
meis tam praecellara munera per aliquod tempus
non deneges! Ego profecto, qui Cortii manes
hujusq, nomen veneror, numquam committe-
rem, ut te tanti tamq, indignis in me
bene-

17.

beneficii poenitere facile posset. ~~Quoniam~~ Si
quid unquam sit, quo tibi vicissim rem gratam
ac jucundam praestare possim, sic de me sentias
velim, nil temere me praetermissurum, quo tibi
me gratificari posse intellexorim. Atque ita
me Amicitiae tuae ac benivolentiae commendo.
Vale, Vir Doctissime. Dabam Ambrosianis
XXII. Septembris. MDCCCLV.